



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

XX. Qualiter gener excusetur ab usura non computando in dotem fructus  
ex pignore dotali perceptos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)



colligendis sine culpa tribuendum est, ac proinde eos compensare tenentur debitori, sicut si de facto collecti essent. Vt optime tradit Gab. Valquez opus. de pignori. cap. 5. §. 1. n. 32. & seq. Salas. de usur. lib. 2. num. 9.

Quapropter domum tibi in pignus concessam teneris locare, & agrum solum seminari colere debes, nisi forte ob tuorum agrorum culturam id commodè praestare non possis, alioquin ad fructus qui posita ea diligentia colligendi essent teneris, ut praeciat Doctores docent. Quod si tibi domus habitanda concedatur, eam pensionem tanquam fructus solvere debitoris debes, quam ipse solitus erat solvere, tamen si minor sit quam ab alio conductore. Excipe possit ne ea concessio in tui detrimentum cedat, ut colligitur in leg. si ea 1. Cod. de usur. Sylvest. verbo pignus, quest. 12. Salas de usur. dubitat. 28. num. 6.

5 Deducere autem poterit creditor expensas quas in his fructibus colligendis fecerit. Vt habetur, capit. 1. & 2. de usuris. & cap. ad nostram. 1. de iurisdictione, quia non tenetur cum propria iactura debitori fructus querere. Quomodo non solum expensas, sed etiam labores poerit deducere. Tum quia nomine expensarum labores comprehenduntur, argum. cap. ad nostram de rebus Eccl. si non alien. Tum quia non videtur obligatus creditor gratis debitori inferre, & pro ipso laborare, sed aequitas postulat ut sui laboris compensationem accipiat. Sicut tradit Mercado 2. de contract. cap. 7. Tolet. lib. 5. cap. 30. Vega verbo usura. casu. 55. Salas de usur. dub. 28. num. 1.

6 Sed quae expensa & labores deducendi sint non conveniunt Doctores. Nam Grassi 1. p. decis. lib. 2. cap. 109. num. 16. & seq. Gabrio 4. dist. 15. q. 11. ar. 2. conclus. 4. Anton Neguzant. 7. p. de pignori. memb. 3. num. 14. & q. centent solas expensas & labores necessarios deducendos esse, non vero vitales, & voluntarios, quia nemo compelli debet rem suam meliorem facere. Satis enim est si curam habeat, ne pereat ne ve deterior reddatur. Sed rectius Sylvest. verbo pignus, quest. 12. & Angel. ibidem. numer. 15. & Saa. numer. 8. Gregori. Lopez. leg. 2. verbo per pro dela cosa tie. 13. par. 5. Salas de usur. dub. 28. num. 3. Gab. Valquez opus. de pignori. cap. 5. §. 1. num. 27. existimant non solum necessarias, expensas, sed etiam vitales deduci debere, cum id in utilitatem Domini pignoris cedat.

7 Ceterum si illud quod in pignus offertur nolit creditor in pignus accipere, sed in empuum cum pacto de retrocedendo, fructus intermediis temporis perceptos non tenentur computare in fortem, quia percipit fructus rei cuius dominium habet. Sicut observant Molin. dicta di. spuar. 320. circa finem. Lessius, lib. 2. cap. 20. dubit. 16. num. 137. Salas, dubitat. 28. num. 5. Quod intelligendum est, cum in gratiam venditoris hoc pactum institutum est, alias si emptor conveniret, ve post aliquod tempus venditor rem emptam reciperet, neque fructus perceptos deduceret, usum palliatum committeret, quia illa non tam esset veniatio, quam pignoriatio. Vt aduertit Salas loco citato ex leg. regia 5. tit. 6. lib. 8. nona collect.

PUNCTUM XX.

Qualiter gener excusetur ab usura non recipiendo in dotem fructus ex pignore dotali perceptos?

- 1 Excusetur ab usura ex sententia Innocentij.
- 2 Aliqui censent id fieri ex concessione Pontificis. Sed non approbatur.
- 3 Alij occasione lucri cessantis, vel damni emergentis.
- 4 Alij ratione donationis fieri.
- 5 Alij esse speciale in genero comparatione foeceri ob obligationem quam habet alendi filiam.
- 6 Alii ob fructus alias percipiendos, si dos statim concederetur.
- 7 Vera solutio est concedi fructus in partem dotis in matrimonij onera.
- 8 Parum refert esset genero lucrum, aut damnum emergat.
- 9 Neque impeditur ad horum fructuum perceptione, esto nulla onera sustineat, si paratus sit sustinere.
- 10 Neque etiam si onera matrimonij excedant.
- 11 Procedant dicta, cum pignus absolute concedatur tempore dotis constituta.
- 12 Reprobatur medium excludendi usuram à Molin. inuentum.

Excusari ab usura definit Innocent. III. in cap. salubriter de usuris, dicens: Sanè generum ad fructus possessionum, quae sibi à foecero sunt pro non rata dote pignori obligatae computandos in fortem non credimus compellendum, cum frequenter dotis fructus non sibi sicut ad onera matrimonij supportanda. Ne igitur hac de causa usuras approbare videatur multa in illius explicatione Doctores excogitant, ut videre est in Nauarr. comment. de usur. num. 71. Couarrua. 2. var. cap. 1. num. 3. & Ferd. de Castro. de Iust. & Iure. Part. II.

quentib. Mol. disp. 321. Salas, de usur. dub. 29. Rebell. 2. p. de obli. gar. lib. 8. q. 12. & alibi.

Primo inquit Glossa in d. cap. salubriter. Bald. in Rub. Cod. de usur. Bañes 2. 2. quest. 78. ar. 2. ad 6. Cordub. quest. 230. & 238. generum fructus pignoris dotalis suscipere non ex vi iurur, & ob dorem non soluitur, quia id esset usura, sed ex concessione Pontificis in fauorem matrimonij. Verum quamvis id Pontifex concedere possit, nullum tamen habuit concessionis in praedicto textu vestigium apparet. Nam Pontifex in illa controuersia, an fructus pignoris dotalis computare debeat gener in dotem tibi à foecero promissam decidere incendit quid natura contractus exigat, non vero incendit nouum ius concedere, aut privilegium alienam à contractu concedere.

Secundo essent Maior. in 4. dist. 15. quest. 31. casu 3. Ricard. lib. ar. 5. quest. 5. §. tertie modo. Adnan. quest. de usura. §. restat teneor. in respons. ad 3. Conrad. de contract. quest. 25. conclus. 7. Sylvest. ver. usura. 3. quest. 2. Couarrua. 3. var. cap. 1. 3. Philiac. lib. 5. cap. 8. conclus. 3. Lopez. 2. p. instruct. cap. 60. nec dissentit Petr. Nauarra 2. de reser. cap. 2. par. 2. dubit. 11. fructus pignoris dotalis quos gener percipit non computandos in fortem occasione lucri cessantis, vel damni emergentis ex non soluta dote ei contingentis. Tum quia genero lucrum cessat, cum possit dote soluta possessionem emere ex quarum fructibus alimenta vxori subministrat. Tum quia patitur damnum alendo vxorem, & onera matrimonij sustinendo dote non tradita, cum foecer teneatur filiam alere, vel dotare. Et licet aliquando nullum lucrum ex dote non soluta cesset, nullumque damnum emergat, eo quod gener non esset cum dote negociaturus, vxorque haberet ex propriis sufficientia alimenta, non ob inde inquit Petr. Nauarra Fructus pignoris in dotem sunt computandi, quia satis est quod regulariter damnum ex non soluta dote emergat, lucrumque cesset, ut fructus pignoris semper censentur concessi. Sed merito hanc interpretationem relictur Nauarr. comment. de usur. numer. 64. Sotus 6. de iust. quest. 1 ar. 2. circa finem. Molin. disp. 321. §. communiter. Rebell. dicta quest. 12. numer. 2. Salas dub. 29. numer. 3 & alij, eo quod Pontifex in hoc Textu aliquid speciale ob onera matrimonij quae gener sustinet circa cum decidere incendit, non vero generalem doctrinam, alisque communem lucri cessantis, & damni emergentis declarare. Adde si factio nullum esset damnum emergens, aut lucrum cessans, cessaret decisio, si ad privilegium, & concessionem Pontificiam recurramus iuxta primam sententiam. Item si fructus excederent quantitatem damni emergentis, vel lucri cessantis compellendus esset gener ad restitutionem excessus, quod tamen ex praedicto Textu non colligitur, dimittenteque Pontifex in diminutione processisset definitus absolute generum non esse compellendum ad fructus dotales pignoris in fortem computandos, siquidem addere debebat, dummodo quantitatem lucri cessantis, aut damni emergentis non excederent.

Terrio Ioann. Medina Cod. de reser. de rebus per usur. acquis. §. 2. §. ad cap. salubriter. assentit generum ex praesumpta voluntate foeceri fructus pignoris recipere. Haec tamen interpretatio alijs Doctoribus displicet. Tum quia Pontifex nihil de donatione insinuat. Tum quia saepe haec parium non potest, cum tamen decisio Pontificis absoluta sit, & omnes casus comprehendere censetur.

Quarto Fortunius de ult. sine quem sequitur Couarrua. lib. 3. var. cap. 1. numer. 3. decisionem Pontificis restringit ad generum comparatione foeceri filiam dotantis, nam cum teneatur vel dotare filiam, vel illam alere, videtur posse gener fructus pignoris dotalis in vxoris alimenta à foecero debita suscipere interim dum dos promissa non soluitur. Sed hanc dispositionem iure optimo reprobatur Nauarr. dicto commentar. de usur. numer. 64. Molin. Rebell. Salas, loci citatis, eo quod absque fundamento decisionem generalem Pontificis restringit ad generum comparatione foeceri. Tum quia foecer non semper attritus est aere filiam, sed casu quo neque ipsa bona propria habeat, neque eius maritus possit alimenta subministrare. Praeterea quod huic obligationi sufficienter satisfacit dorem promittens suo tempore soluendam, cum ipse maritus hac obligatione contentus fuerit.

Quinto Sotus 6. de iust. q. 1. ar. 2. ad ult. concedit generum posse fructus pignoris dotalis recipere non computandos in dotem, quia ipse sua dote quam vxori, vel eius haeredibus diluto matrimonio restituere tenetur obligatur vxorem alere. Pro cuius obligationis executione presumit ius ex dote accepta empturum generum possessionem aliquam ex cuius fructibus vxor aleretur. Cum autem foecer non soluendo dorem causa sit huius damni in eius reparationem fructus pignoris concedere censendus est. Sed neque haec expositio placet, nam ex illa manifeste inferitur non posse generum vltos lucus pignoris recipere, si cum pecunia dotali empturus noo esset fundum frugiferum, aut negotiaturus.

Quapropter ea mihi interpretatio probatur, quae assentit fructus pignoris interim dum dos non soluitur, concessos esse tanquam partem dotis ad onera matrimonij sustinenda, sicut saepe conceduntur à foecero filiae & genero alimenta, dum dos





soluta non fuerit. Quocirca alimenta, & fructus pignoris non conceduntur genero, quia dotis solutionem expectat, sed quia obligatur matrimonio onera sustinere, & in eum finem, atque adeo reputari possunt pars dotis cum hac tamen differentia, quod ex dote haredibus dissoluto matrimonio, at fructus pignoris sicuti & alimenta conceduntur absolute absque prædicta obligatione, quia tanquam usufructus dotis conceduntur. Sic alii relatis explicat Molina *tract. 2. disput. 321. §. ut legitimam. Rebell. 2. p. de obligat. iustit. lib. 8. quæst. 12. numer. 2. Lessius, lib. 2. cap. 20. dub. 16. numer. 141. Salas de usur. dub. 29. numer. 7. & 8. Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 16. num. 17.*

9 Ex hac explicatione manifestè conuincitur parum referre quod genero lucrum cesset, vel dampnum emergat ex dote non soluta, cum non ob eam rationem fructus pignoris concedantur, sed in pretium obligationis quam suscipit aendi uxorem, & matrimonij onera sustinendi. Deinde parum refert an à focero, vel à quolibet alio tertio vxor dotata fuerit, à quocumque enim maritus dotem accepit poterit fructibus pignoris sibi concessi frui, quia dum aliud non exprimitur concedi in partem dotis pro matrimonij oneribus, interim dum dos non soluitur, ut præcitati Doctores aduertunt. Præterea quod dictum est de fructibus pignoris dicendum est de annua pensione, aliæque pecunie quantitate, quæ interim dum non soluitur dos assignata fuerit pro matrimonij oneribus sustinendis, ut bene tradant Molin. Rebell. Salas *locis citatis*, quiddam contra sentiant Ioann. And. & alij. Denique licitum est statutum, quo caueretur certam quantitatem soluendam esse genero interim dum dos non soluitur, quia prædictum statutum conforme est decisioni Pontificæ in *d. capite salubriter*. Sicuti notauit Mol. *d. disput. 321. in fine. Lessius, dub. 16. numer. 142. Rebell. 12. num. 8. Salas dub. 29. in fine.*

10 Aliquibus placet, si nulla onera matrimonij generi sustineret, eo quod focer filiam domi suæ retineat, ipsique alimenta præster non possit generum fructus pignoris non computandos in sortem retinere, quia cessat finis ob quem ei conceduntur, nimirum sustententia onerum matrimonij, & cessante causa cessare debet effectus. *capite cum cessante de appellat.* Sic Molina *dicta disput. 321. circa finem. Rebell. d. quæst. 12. numer. 6. & colligitur ex leg. pater. ff. de doli mali. & meius except.* Sed hoc credo esse restringendum, cum pater filiam alit, quia generi suæ obligationi non satisfacit. Nam si ipse paratus sit vxori alimenta præbere, æquum non videtur ut fructus pignori in matrimonij onera concessi ab eo auferantur, cum ipse prestio sit obligationi illorum fructuum satisfacere. Ut bene aduertit Salas *de usur. dub. 29. num. 10.*

11 Ex eodem fundamento censent Molin. Rebell. Couarru. Sotus, & alij *locis allegatis*, si fructus pignoris onera matrimonij excedant, obligatum esse generum restituere excessum, aut in partem dotis computare, quia ea in parte finis concessionis cessat, cum necessarij non sint oneribus matrimonij sustinendis. Sed merito contrarium docuit Eman. Saa. in *antiqua edit. verbo dos. numer. 18. Salas d. dub. 29. numer. 10.* quia esto fructus onera matrimonij excedant, non in de fit in onera matrimonij non concedi, sed solum inferri non concedi auarè & limitatè, sicuti esto dos in onera matrimonij concedatur, superabundans tamen esse potest.

12 Supradicta procedunt, cum pignus absolute conceditur, seculi si concedatur expressim in securitatem dotis promissæ, nam tunc computandi essent in sortem, vel debitori restituendi, cum non censentur in partem dotis constituti, ut Mol. Lessius, Rebell. Salas *loc. alleg.* docuerunt. Deinde debet pignus tradi, seu promitti cum dos constituta est. Nam si constituta dote, & obligato genero ex vi illius ad onera matrimonij sustinenda postmodum pignus recipias eo fruendum, interim dum dos promissa tibi non soluitur, usuram committis fructus in sortem non computando, ut notant Syluest. *verb. usura. 3. quæst. 2. & 3. Molin. disput. 321. post med. Rebell. lib. 8. quæst. 12. n. 3. Salas plures referens dub. 29. num. 12.* quia eo casu non censetur pignus concessum ut pretium onerum matrimonij, cum iam onera matrimonij vendita sint ad obligationem dotis promissæ. Ergo est censendum concessum ob expectationem dotis quod est usura.

13 Ceterum posse hanc usuram excludi existimauit Molin. *dicta disput. 321. post med. si gener conueniat cum focero, ut prior contractus dissoluatur, eo quod dissoluto sibi concedatur pignus fruendum interim dum dos non fuerit soluta.* Nam hic contractus sicut licitè institui à principio poterat, sic postmodum priori contractu dissoluto. Sed merito hoc effugium reprobant Rebell. *2. p. lib. 8. quæst. 12. num. 4. Salas de usur. dub. 29. num. 14.* Etenim dissolutio antiqui contractus, & nouioris institutio cedit in detrimentum foceri, quia fructus pignoris concedit in sortem non computandos, quos ex antiquo contractu non erat obligatus concedere: at hoc grauamen suscipit ex eo quod gener permissit dilationem dotis promissæ quæ nunquam est. Ergo est usura.

Præterea prior contractus, & obligatio dissolui nequit, cum iam sit ex parte executioni mandatus. Etenim ex vi primi contractus gener obligatus fuit uxorem ducere, eamque alere: focer vero le obligauit tali tempore dotem soluendam, contractus igitur matrimonio liberum non est genero obligationem alteri vxorem à se excutere, tamen si focer dotem non soluat quia hæc obligatio matrimonio annexa est. Ergo solum remitti potest focero obligatio quam habet soluendi eo determinato tempore. Pro hac autem remissione, seu solutionis dilatione fructus pignoris recipere usura est manifesta, cum sit receptio rei temporalis ob mutuum.

PUNCTVM XXI.

An gener eiusque hæredes soluto matrimonio possint fructus pignoris dote non soluta suscipere, & quid de vxore mortuo viro?

- 1 Fructus pignoris tempore matrimonij concessi eo dissoluto recipere non possunt.
- 2 Vxorem non posse eos fructus percipere non computandos in sortem affirmari plures.
- 3 Verius est fructus pignoris à dotante concessi recipi posse.
- 4 Secus est de pignore à marito eiusque hæredibus.
- 5 Restringunt aliqui ut procedat anno residuatis.
- 6 Sed non admittitur.
- 6 Dum vidua ad secundas nuptias non transiit, nec dicitur à mariti hæredibus recipi alenda est.
- 7 Validum est statutum, quo vidua ex bonis mariti sustentatur interim dum non fuerit dos ei soluta.

Dissoluto matrimonio gener, & à fortiori eius hæredes fructus pignoris tempore matrimonij concessi recipere non poterunt. Tum quia cessat finis ob quem concessi fuerunt, nimirum onerum matrimonij sustentatio. Tum quia fructus pignoris vicem usufructus dotis accipiunt, illosque percipere poterunt qui ius habent recipiendi dotem ad matrimonij onera sustentanda. At mortua vxore, gener qui non est eius hæres non habet ius dotem vxoris percipiendi. Si vero eius hæres constitutus sit, non habet ius percipiendi dotem tanquam dotem, sed tanquam hæreditatem ab extraneo relinam. Ergo neque habet ius percipiendi fructus pignoris in usufructu eorum subrogati. Sic tanquam certum, & ex omnium sententia tradunt Molin. *tract. 2. disput. 322. in princ. & post med. Ioann. de Salas, tract. de usur. dub. 30. num. 5. & 7.*

Vxorem verò defuncto viro non posse fructus pignoris, quod fuit à dotante durante matrimonio concessum percipere non computandos in sortem dotis expectatæ, nisi ratione locuti cessantis, vel damni emergentis, aut ratione pæne conuentionalis, vel donationis existimantur Anton. 2. p. *in 1. cap. 7. §. 30. Syluest. verb. usura. 3. quæst. 9. Caiet. 2. 2. quæst. 78. ar. 2. ad 6. Anglis qui st. de contractu mutui ar. 2. disput. 7. dub. 2. & 3. Mol. disput. 322. §. bis ita constitutus, quia dissoluto matrimonio onera matrimonij cessant, in quorum leuamen fructus pignoris fuerunt promissi. Ergo ex huiusmodi titulo percipi non possunt.*

Sed verius existimo vxorem percipere posse fructus pignoris à dotante concessi, postea quod eius maritus dos soluta non fuerit. Ut docuit Sotus. *de iustit. quæst. 1. ar. 2. Tolad. 1. cap. 30. in fine. Saa. verb. dos. numer. 18. Bañes, & Arag. d. quæst. 78. ar. 2. ad finem. Salas eodem ar. contrariet. 15. Mercur. de usuris cap. 4. Palacios de contract. cap. 5. conu. 9. Eman. Rodrig. 1. p. sum. cap. 97. num. 5. Corona, cap. 8. §. de contract. pignorat. Cordob. quæst. 230. & 238. Lop. 2. p. in iustit. cap. 6. quos referet, & sequitur Salas, *tract. de usur. dub. 30. num. 6.* Etenim focer vel alius qui nuptui tradidit puellam, & docem ei promissit absolute obtulit pignus fruendum, interim dum dotem non soluit. Cum ergo dos non soluit marito durante matrimonio in vxoris, & familie sustentationem, sed multo magis vxori dissoluto matrimonio in eius alimenta soluenda erat, manifestè inferretur pignus fruendum marito durante matrimonio competere, & vxori matrimonio dissoluto, interim dum es dos ab ipso dotante, & offerente pignus soluta non fuerit. Quod adeo verum est, ut esto vxor aliunde habeat ex quo sustentationem accipiat, non obinde à fructibus pignoris percipiendis excluditur, quia ex ipsis, & aliis sustentari abunde potest, licet non excusetur gener à fructibus illius pignoris percipiendis, esto habeat aliunde ex quo onera matrimonij sustentare possit, ut superiori pun. adnotauimus. Neque refert dissolutio matrimonij onera matrimonij cessare, quia non obinde cessat finis ob quem fructus pignoris vxori conceduntur. Quippe ad sustentanda onera matrimonij concedatur fructus pignoris maritum dos vxoris ei non soluitur, at vxori conceduntur in ipsius sustentationem. Adde vxoris sustentationem etiam tempore viduitatis ad onera matrimonij pertinere.*

Dai